

von der kirchlichen Obrigkeit alles Lob zutheil. An den Höfen von Wien und München war man demselben sehr gewogen, und Papst Innocenz X. gab schon 1647 Holzhausers Werk eine sehr ermunternde Guttheissung. Doch eine canonische Bestätigung wollte man damals noch nicht geben, weil Rom in so wichtigen Sachen mit grosser Vorsicht handelte. Dieselbe erfolgte durch Innocenz XI. am 7. Juni 1680 auf das Ansinnen Kaisers Leopold I. und mehrerer deutschen Fürsten und Prälaten. Auch bis in die letzte Zeit haben verschiedene Kirchenfürsten sich bemüht, das Institut wieder ins Leben zu rufen. Unter andern geschah dies auch von Pius IX. in seinem Breve vom 17. März 1866, und in jenem vom 17. Mai 1875. In demselben Sinne richtete auch Leo XIII. am 31. Mai 1880 ein sehr ermunterndes Schreiben an den Generalpräsidenten der Unio Apostolica, den Canonicus Lebeurrier in Paris.

Am 20. Mai 1858 wurde in Bingen unter Theilnahme des Bischofs von Ketteler und des bischöflichen Seminars von Mainz der 200jährige Todestag Holzhausers mit grosser Feierlichkeit begangen. Bei der Vorbereitung dazu wurden seine Ueberreste wieder aufgefunden. Im Jahre 1880 wurde ihm in der Pfarrkirche in Bingen ein neues Grabdenkmal errichtet. Möge der Tag bald kommen, wo wir ihm öffentlich die Ehre eines Heiligen erweisen können.

**Quaedam relationes et informationes circa
monasterium S. Crucis in Austria, in ordine ad
emendandam vel augendam historiam abbatiarum
Ord. Cisterc. a Jongelino editam.**

Herausgegeben von Fr. Tescelin Halusa, Ord. Cist.

(Schluss zu Heft II.—III. 1902, S. 373—386.)

XXXXIV.

Hieronymus, cognomento Feigl, Suevus natione ex Dünckelspihl Imperiali civitate oriundus, initio regiminis sui non levem sibi gloriae famam conciliavit; erat siquidem vir magnarum scientiarum pietatisque zelo egregie praeditus. Primus monasterio Infulam intulit, plurimorum monasteriorum constitutus est Vicarius Generalis; monasterium Campiliense¹⁾ Ferdinandi I. instinctu visitando reformavit ac ab eodem Ferdinando Hungariae rege contra episcopum Jaurinensem²⁾ ob violentam decimarum sublationem cum restitutione omnium vasorum obtinuit decretum.

¹⁾ Literae ad eundem datae.

²⁾ Ipsum decretum.

XXXXV.

Sigismundus obdormivit in Domino anno 1543.¹⁾

XXXXVI.

Simon, Dannius cognomine; temporalium curâ infelix. Multa siquidem bona vendere coactus est, quae vix post centum annorum curriculum redimi poterant. Obiit anno 1547.

XXXXVII.

Conradus III., cognomento Faber, ex Traiecto Aconiano civitate Imperiali natus, S. Crucis professus, „evocatur hinc ad gubernandum SS. Trinitatis in novâ Civitate coenobium anno 1540. Sedit ibidem annis septem; mortuo vero Simone ad S. Crucem Abbas repetitur anno 1547. 16. Julii. Praesidet adhuc“, inquit Bruschius, autor coaevus,²⁾ „hoc currente anno Domini 1552., vir litteratus et virtute clarus. Vidit anno 1529. calamitates irruptionis Turcicae, ubi aufugit cum Abbate Joanne. Is nunc restauravit Abbatiam, templum, loca conventualia, in Drumow, pago prope Drayskirchen sito, praedium cum regia habitatione reaedificavit.“ — Hactenus Bruschius de Abbate Conrado. — Obiit anno 1558.

XXXXVIII.

Udalricus II. Vestigiis antecessoris sui fideliter insistens, plurima sub Simone Abbate iniuste vendita ac elocata monasterio recuperavit, aulam Baadensem, Guadensem ac Pfaffstettensem extruxit, debita omnia persolvit et non exiguum vini substantiam, 13.000 videlicet urnas, post mortem reliquit. Et vel inde mirum videre non potest, septem solum monachos sub crucis sanctae vexillo tum militasse; maluit enim providus pastor cum paucis ovibus providere de pascuis, quam inopiâ laborare cum multis. Omnium dein privilegiorum confirmatione à Maximiliano et Rudolpho secundo obtenta florentem rursus monasterio statum reddidit. Quievit autem in pace anno 1584.

XXXXIX.

Joannes VI., cognomento Ruoff, ex professo Mellicensi Abbas Zwettlensis anno 1580. Inde ad Abbatiam S. Crucis assumptus anno 1585; a Generali Capitulo tanquam Vicarius Generalis potestate munitus est, profanatas reconciliandi ecclesias altariaque benedicendi ad quinquennium. Tanquam inclytorum Austriae inferioris Statuum deputatus, non parum laboravit pro patriâ, donec ab iisdem Statibus Pragae Bohemiae Metropolim ad Rudolphum Imperatorem missus, ipso in itinere morte praeventus est anno 1599.

¹⁾ G. 1544.

²⁾ Bruschius, Supplem. Brus. Vind. 1692, pag. 205. Die Stelle ist nicht ganz wörtlich citiert.

L.

Paulus. Sedente ad clavum Abbatialem hoc Praesule octo e Cistercio missi novitii in monasterio nostro sunt professi, de quibus non immerito gloriari possumus. Erant autem omnes natione Germani, qui studiorum causa Romam profecti ibidem in collegio Germanico litteris vacabant; sanctiori dein impulsu spiritu, Cistercium petière ordinem suscipiendi gratiã. Emenso Cistercii medio probationis anno ab Ordinis Generali cum litteris commendatitiis in Austriam expediti, ad monasterium S. Crucis mittuntur, ibidemque omnes emenso altero medio probationis anno solennem edunt professionem. Quattuor ex ipsis sacrã sunt insigniti tiarã, videlicet Wolfrat, episcopus Viennensis, Joannes Seifridus, Abbas Zwettlensis, Georgius Stephanides, Abbas Montis Pomaerii, Christophorus Schaffer, Abbas S. Crucis, quattuor non sine magnã sanctitatis obiêre famã. Verum inter omnes vel maxime eminent dictus Antonius Wolfrat, qui ex monacho Crucensi Abbas Hilariensis, dein Cremiphansensis, demum episcopus Viennensis primusque in hãc dignitate sacri Romani Imperii Princeps est constitutus. Post tredecim regiminis annos obiit Abbas Paulus anno 1613.

LI.

Christophorus Schaffer. Fuit hic unus e numero quattuor illorum novitiorum, qui e Cistercio adventantes novitii ad S. Crucem professionem emisêre. Vir secundum saeculum potens. Erat siquidem olim cancellarius Olomucensis; unanimi consensu 18. Januarii anni 1615. in Abbatem eligitur ac 25. Martii à suo olim in Cistercio connovitio D. Seifrido Abbate Zwettlensi. tanquam Generali Ordinis per Austriam, Bohemiam, Bavariam, Silesiam et Lusatiam tunc Commissario installatur ac benedicitur. Sub eodem, ut Jongelinus habet, semel loca regularia et semel aedificium pro hospitibus et familiã deputatum, combustum est. Laboravit tamen plurimã ex parte haec omnia restaurare. Exarsit etiam sub illo Trumau, aula Viennensis, curia Pfaffstetensis. A Romanorum Imperatore Mathiã omnium privilegiorum confirmationem, a Cardinali Caraffa potestatem ab haeresi absolvendi et à Capitulo Generali Vicariatus officium obtinuit. Obiit Viennae in aulã nostrã S. Crucis 10. Augusti in die S. Laurentii anno 1637; (non vero 1631, ut habet Jongelinus, typi fortassis errore) prius semel et iterum apoplexiã tactus.

LII.

Michael II, cognomento Schnabel. Huius Abbatiss tempore Jongelinus Notitiam suam Abbatiarum Ordinis Cisterciensis publici iuris fecit, cuius etiam relationi se debere dicit, quae de monasterio S. Crucis

scripsit, immo etiam aliorum Austriae, Styriae etc. monasteriorum fundationes. Erat autem hic Praesul humili et obscuro loco natus, filius videlicet subditi nostri ex Pfaffstetten, alumnorum nostrorum servitio in puerili aetate deputatus; verumtamen crescente aetate ita crescebat sapientiâ ac gratiâ coram Deo et hominibus, ut ignobiles natales suos virtutum doctrinaeque splendore mirum in modum illustraret. Hinc anno 1637. die octava Septembris electus,¹⁾ vigesima eiusdem mensis confirmatus, ac demum vigesima quinta Novembris die S. Catharinae sacrâ tiarâ donatus est. Debitorum omnium persolutione, novorum bonorum fundatione, ac satis opima aerarii accumulatione luculenter ostendit, quam indefesse laboravit pro ovibus suis. Ad Capitulum Generale Cistercium pergens, splendentissimo Doctorum Sorbonensium consensui aggregatus nec non per utramque Austriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam Commissarius ac Vicarius Generalis constitutus est. Obiit anno 1658.

LIII.

Clemens Scheffer. Magna magnorum virorum mater hanc dedit sobolem mundo, Vienna Austriae. Transactis humaniorum litterarum studiis, spiritu ductus in desertum S. Crucis singulari Evangelicae perfectionis conatu probationis annum emensus est; dein philosophiae in universitate Viennensi dans operam magisterii philosophici, lauream adeptus, in sublimiora sacrae Theologiae adyta quattuor annorum intervallo penetravit. Regali posthac inunctus sacerdotio, Reverendissimo decessori suo â secretis, dein Subprior, Prior ac tandem omnium votorum suffragio anno 1658. 11. Aprilis in Abbatem eligitur, 16. Junii²⁾ installatur, secunda Julii abbatiali tiarâ condecoratur. Vicarius constitutus Generalis monasteria suae curae subiecta incredibili zelo ad aequalem regularis disciplinae normam reducere studuit. Decem praesedit electionibus partim ut Pater immediatus, partim ut substitutus. Vallem Dei de inimicorum faucibus eripiendo eique non parvis sumptibus subveniendo nomen Patris, immo secundi acquisivit Fundatoris. Inclytorum inferioris Austriae Statuum deputatus, tantum pro bono laboravit Provinciae, ut vivum domus Provincialis Austriae Archivum ab ipso Augustissimo Imperatore Leopoldo compellari meruerit. Dum anno 1683. Mahometana ferocia victricibus armis plagas Austriacas inundans inevitabile Christiano nomini intentabat exitium, infelix Pastor ad extrema redactus cum ovibus suis, 50 sacerdotibus, quattuor clericis sexque conversis ad alias confugit Provincias. Verumtamen residente belli tempestate ad matrem redeuntes filii orphani, eamque combustam,

¹⁾ Instrumentum electionis.

²⁾ G. am 28. Junii.

non tamen exustam invenientes, Patrem inanimârunt ad opus, neque provida eius quievit industria. Unde unius anni spatio plures congregati omnipotenti Domino in extremâ militârunt penuriâ, donec post trium annorum intervallum religiosorum numerum novitiis adauxit et psalmodiam inchoavit, caetera sibi adicienda non diffidens, quod et eventus praestitit: Octo siquidem intra annos omnia devastata reparavit bona, immo nova adiecit, ut proinde non immerito omnes eundem venerarentur ut Patrem, ut novum proclamarent Fundatorem. Moritur plenus dierum ac meritorum anno 1693. ultimâ Martii, in ecclesia claustrali sub bino marmore sculptus et sepultus cum sequenti epitaphio:

„Clemens Scheffer eram, nec erat mihi nomen inane;
Clementer pavi sustinuique gregem.
Cum Mars parcebat, carpsit me Martius, et qui
Lustris septem Abbas, abstulit una dies.
Archivum Austriadûm vivum me Caesar habebat,
Crux Fundatorem, publica resque Patrem;
Et nova fundavi et bello collapsa levavi.
Tu me per requiem, lector amice, leva.

Admodum R. D. Clemens Scheffer, S. Crucis Abbas, Sacri Cisterciensis Ordinis per regnum Hungariae utramque Austriam et Styriam etc. Vicarius Generalis, aetatis 64, regiminis 35 annorum, obiit 31. Martii anno 1693.⁴

LIV.

Marianus Schirmer, Austriacus Enzerstorffensis,¹⁾ anno 1693. in Abbatem electus et 30. Novembris eiusdem anni sacriatârâ insignitus; antecessori suo mox tanquam Vicarius Generalis per utramque Austriam, Styriam, regnum Hungariae successit. Inclytorum Austriae inferioris Statuum â rationibus exindeque actualis deputatus constitutus, non parum laboravit pro publico et postquam duodecim annis gloriose regnasset, obdormivit in Domino Viennae in aulâ nostrâ 27. Junii anno 1705, magnum sui apud omnes desiderium relinquens. Sepultus est in medio ecclesiae nostrae claustralis ad introitum chori in unâ cryptâ cum DD. antecessore suo sub hocce epitaphio:

„Quaeris, Viator,
Quis sub hoc marmore cubet?
Nobile Par Fratrum
Clemens Scheffer
unus: alter
Marianus Schirmer

¹⁾ G. nennt Brunn, das sehr nahe liegt.

Ambo
Abbates huius coenobii
Qui, ut in Vitâ dilexerunt se, ita et in morte
non sunt separati
ut simul
Gaudiis perfruantur aeternis
Dic amice lector:
In pace Dei requiescant, amen.“

LV.

Gerardus Weixelberger, anno 1660. 20. Novembris in lucem editus in oppido inferioris Austriae vulgo „Mauer“ dicto. Emittit vota solemnia anno 1682. 17. Maii; sacras celebrat primitias 23. Aprilis anno 1685; abbatiali condecoratur dignitate 21. Julii anno 1705. Ac dein diploma (quod elapso anno 1705. die sextâ Decembris Cistercii expeditum est) accipit septima Januario, anno 1706., quo dignissimus constituitur Vicarius Generalis per utramque Austriam, Styriam et regnum Hungariae. Inelytorum inferioris Austriae Statuum deputatus eligitur septimâ Novembris anni 1715. ac tandem, electus eiusdem domus Provincialis oeconomus perpetuus, iuramentum fidelitatis 30. Augusti anni 1720. deponit. Post multa curae pastoralis ac industriae suae oeconomicae monumenta relicta, quae hodieum omnium oculis patent, iterato apoplexiâ tactus obdormivit in Domino 26. Junii anno 1728.

LVI.

Robertus Leeb, qui hodie gubernacula monasterii nostri vigilantissime tenet. Iudicavimus, religiosae ac filialis observantiae debitum id â nobis exigere, ut egregias huius Abbatis nostri virtutum sapientiaeque praerogativas, ac inde in monasterium nostrum emanata merita paucis saltem verbis attingamus. Natus is est Viennae Austriae die 24. Augusti¹⁾ anno 1688. Vix ex ephebis egressus, sed litteris humanioribus iam probe excultus, anno 1704. 24. Augusti solenni professione in monasterio nostro S. Crucis sacro ordini Cisterciensi nomen dedit, prudenter nimirum sollicitus, ut egregias illas dotes auctori Deo penitus consecraret, quas natura in eum pleno alveo effuderat, perspicax videlicet atque igneum ingenium, indolem ad magna molienda factam eosque mores, qui omnium amorem in se facile conciliarent. Post septem dein annorum curriculum (intra quod tempus religiosae perfectionis semitam concitatis gressibus pertransire conatus est) anno videlicet 1713. 3. Januarii primam omnipotenti Domino hostiam neomysta obtulit. Crescebat in eo

1) G. hat »am 26. Juni.«

in dies praeclarus ille religionis fervor, quo erga divinum Numen mirum in modum ferebatur; hinc ingens in eius animo desiderium se accendebat, sanctissima illa visendi loca, quae Christi nativitate inclyta eiusque salutiferâ passione sunt consecrata.¹⁾ Anno proinde 1719., quo pace cum Ottomanis inîtâ nobilissima illa Byzantina legatio sub Excellentiſſimo et Illustriſſimo Domino Comite Hugone, Damiano Virmondio ex urbe Viennâ profecta est, opportunam nactus est occasionem sancto suo satisfaciendi desiderio. Accepta ergo â Reverend. praedecessore suo, Abbate Gerardo facultate ac benedictione venerandum inter legationis clerum assumptus Constantinopolim indeque Hierosolymam et ad loca sancta feliciter appulit. Quantis hoc in itinere terrâ marique vicissitudinum procellis agitatus sit dignum equidem, ast nimis longum foret enarrare; id tamen non pigebit commemorare, eum licet tenerrimâ fragile complexione â naturâ donatum, octingenta per mare, per terras vero sexcenta emensum esse milliaria Germanica, praeterquam quod continuus per populos, naturâ fideique errore barbaros transitus funestum quoque pestilentiae malum, fames non raro latronumque insidiae comites egerint individuos. Sed non poterat eiusmodi succumbere malis, quem divina ad maiora destinabat providentia. Posteaquam enim Viennam indeque in monasterium nostrum feliciter redux admirabili cum humilitate charitateque suos inter confratres annis aliquot conversatus esset, tandem demortuo piaie memoriae Abbate Gerardo concordibus votis anno 1728. 13. Septembris Abbas eligitur, 21. Octobris installatur et 24. eiusdem mensis sacrâ tiarâ insignitur; inclytorum dein Statuum inferioris Austriae â rationibus ac nunc etiam actualis eorundem deputatus constituitur. Hisee porro praerogativis refulgens quam gratum humilitatis comitatisque odorem undique spargat, quâ sollicitudine concreditas sibi regat oves, quâ curâ spiritualem aequae ac temporalem promoveat oeconomiam, quam egregia aedificiorum monumenta aut noviter erigat, aut instauret, quantum possit in animos Magnatum et vel maxime ipsius Caesareae Maiestatis Caroli VI. gloriosissime regnantis post fata posterio loquentur lundabuntque securius. Id unum praetereundum non esse duximus perenni commendatione dignissimum, eum admirabili suâ agendi dexteritate ac indefessâ sollicitudine effecisse, ut Abbatia S. Gotthardi sub coronâ Hungariae in comitatu Castri-ferrei ac dioecesi Jaurinensi sitâ (quae anno 1183. de coloniâ Triumfontium, quod est monasterium dioecesis Catalaunensis in regno

¹⁾ Abt Robert hat diese Pilgerfahrt nach seiner Rückkehr in lateinischer Sprache beschrieben; sein Werk ist von Lilienfelder Cisterciensern 1731 unter dem Titel »Incunabula Verbi incarnati et lectulus orientis Hierosolymis...« herausgegeben und zweimal übersetzt worden; eine dritte, unedierte Uebersetzung von einem seiner Mitbrüder verwahrt die Bibliothek zu Heiligenkreuz.

Galliae de lineâ Claraevallis, pro Ordine Cisterciensi fundata et â religiosis nostris aliquot seculorum intervallis pacifice posessa, ab iisdem vero bellorum tum â saecularibus, tum ecclesiasticis personis conferentibus Hungariae regibus est occupata) tandem anno 1734. Ordini Cisterciensi iure postliminii feliciter vindicata atque â sacrâ Caesareâ Regiaque Catholicâ Maiestate Carolo VI. feliciter regnante tanquam rege Apostolico monasterio nostro S. Crucis in perpetuum fuerit incorporata, quod ipsum ex Collationibus Regiis, quae hic verbotenus inserere censuimus, luculentius perspicere licebit: Litterae Collationales. (Diese Worte schliessen das letztvorhandene Blatt des Originals; das übrige fehlt.)

Ein Gang durch die Bibliothek der neueren Literatur für alttestamentliche Textkritik.

Von Dr. P. Thomas Aq. Weikert, O. S. B. Prof. in S. Anselmo, Rom.
(Schluss zu Heft II—III. 1902, S. 460—473.)

Taylor, C.: The Dirge of Coheleth in Eccl. XII. discussed and interpreted. London, 1874, 12. — The Gospel in the Law; a critical examination of the citations from the Old Test. in the New. Cambridge, 1869, 8^o. — **Taylor, F. W.:** The Higher Criticism and Archaeology. Biblia, Aug., 1891. — The Route of Exodus. Biblia, Sept., 1891. — **Teloni, B.:** Ajuti offerti dai monumenti di Ninive e di Babilonia per lo studio dell' Antico Testamento. Firenze, 1886, 8^o. P. 22. — **Terry, M. S.:** The Song of Songs: an inspired melodrama, analyzed, translated and explained. Cincinnati, 1893, 8^o. P. 64. — The Prophecies of Daniel expounded. New-York, 1893, 12. P. 136. — Chronicles and the Mosaic legislation. — **The Hexateuch:** According to the revised Version, arranged in its constituent Documents by members of the Society of Historical Theology, Oxford. Edited with Introduction, Notes, marginal References and synoptical Tables by J. Estlin Carpenter, M. A. Lond. and G. Harford-Battersby, M. A. Oxon. In two voll. Vol. I. Introduction and tabular Appendices. P. XII, 279. Vol. II. Text and Notes. P. 359. London, 1900, 8 maj. Longmans, Green, and Co. — **Theologischer Jahresbericht:** Hrg. von H. Holtzmann und G. Krüger. Vol. XVIII, (Literatur d. Jahres 1898). Berlin, 1899, 8^o. Schwetschke u. Sohn. S. VI, 948. Vgl. die früheren Jahrgänge. — **Thiersch, H., jun.:** Versuch zur Herstellung des historischen Standpunktes für die Kritik der neutestamentlichen Schriften. Erlangen 1845, 8^o. — **Torelli, A.:** Sul cantico dei cantici: congetture. Napoli 1892, 8^o, Giannini. P. XXXV, 416. 10 Lire. — **Torrey, Ch. C.:** The Composition and Historical Value of Ezra-Nehemia. Giessen, 1896, 8^o. S. VI, 65. 2 S. 6 d. — Old. Test. Notes. Jour. of Bibl. Lit., 1897, XVI, 166—170. — **Torrey, R. A.:** Vid. Leach, C. — **Torrò:** Sur le culte de Baal. 4^o. 260 pag. — **Totten, C. A. L.:** Joshua's long day and the dial of Ahaz: a scientific vindication and a midnight cry. London, 1895, 8^o. P. 246. — **Touzard, M.:** De la conversation du texte hébreu; étude sur Isaie XXXVI—XXXIX. Rev. bibl., 1897, 31—48; 185—207; 1898, 511—525; 1899, 83—108. (A suivre.) — **Townsend, Luther Tracy.:** The Story of Jonah in the Light of Higher Criticism. New-York, 1897, 8^o. Funk and Wagnalls Co. P. 120. Doll. 0.50. — **Toy, C. H.:** Text-critical Notes on Ezekiel. Journ. of Bibl. Lit., XV, 54—59. — Israel in Egypt. The New World, 1893, II, 121—141. —